



**R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

4. De blasphemia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)



contra reverentiam Deo debitam, ut si comedias, vel ludicra spectacula die Veneris Sancto celebrare, v.g. quis velit. In hoc enim facto non solum esset scandalum populi, sed etiam irreverentia erga Christi Domini Passio-

*An voti violatio sit. Sacrilegium*

*An voti violatio sit Sacrilegium.*

17. Vovet quis jejunium, v.g. si id non exhibeat, aſtne  
ſacileſſe Reſpondeo, ita videri perſiſſe apud Thome  
12. q. 149. p. 1. *initio*. Ratio eſt, quia eo ipſo, quod res  
vota dicata Deo eſt, Deo eſt deſtinata: ergo ſi violetur,  
ſacileſſe violatur. Sed certe probabilius eſt, quoniam Suatez  
ſacileſſe de Reſtr. 12. lib. 3. a. 5. non ita eſſe; tunc enim  
operatur quidem contra fidelitatem Deo debitam ex pro-  
miſſione, ſed non proprie cum ſacilegio, quia nihil ſa-  
cilegio violatur, ſed immediate Deo, negatur, quod pro  
promiſſum fuit. Neque obſtat per votum Deo rem deſtinari,  
non obſtat, inquam, quia non deſtinatur niſi in ordine  
ad ſacilegi executionem, ſolum ſcilicet, ut res promiſſa  
excoſitionis mandetur, non vero ipſa (donec actu Deo  
ſervetur) fit ſacra. Si quando ergo hæc inſidelitas ſacile-  
gii, ſeu irreligioſitas ſacilega nominatur, late, ut in  
ſimili ſupra dictum eſt, ſacilegij nomen ulurpatur.

§. IV. De Blasphemia.

*Quid, & quotuplex sit.*

**B**laspheemia est convitium, seu verbum contumeliosum contra Deum: ita S. Thom. 2. 2. q. 13. art. 2. dicitur, quod peccatum contra reverentiam Deo debitam, quod, An habeat parvitatem materiae, *supra*, lib. 1. c. 1. §. diximus.

1. Alia est hereticalis, ut: *Deum esse injustum*. Id quod si etiam sic tenetur affirmare, non hereticalis solum erit, sed etiam heretica, utraque Inquisitoris deferenda: ita Sanchez lib. 1. in *De cap.* 3. Laym. lib. 4. tract. 10. cap. 6. m. 7. Item, quod 2. de *prac. dist. 3. q. 5. p. 1.* Alia est simplex, et bona, quia duplex: Juratoria, ut: *Ad Injuriam Dei non bene efficere*. Detestativa, ut: *Pereat Deus, maledictus sit Deus, diffusetur Deus*. Iratoria, ut: *Vab, qui destruis templum Dei*: idemque erit, si nominentur irrisorie membra Christi Domini pudenta. Juratoria, quando folentur blasphemia quis iurat, Ut: *Pereat Deus, si non est, vel erit, &c.*

3. *Barlus blasphemiam committitur, vel aliquid demen-*  
*to à Deo, Deum, vel aliquid iisdem addendo, Demis-*  
*fic dicis, Sane non esse omnipotentem, non misericor-*  
*tem, non providentem, Sanctos non esse in gloria, &c.*  
*Addis, sic Deum esse crudelē, Sanctos esse impu-*  
*dicos, &c. Sive autem addas, vel omas ex intentione*  
*inhonorandi Deum, sive sine tali expresse intentione,*  
*quia tenetis sic addendo, vel demendo vere inhonoras*  
*illis verbis Deum, blasphemus eris; & quidem puto da-*  
*dem specie blasphemiam, cum uterque modus sit tandē*  
*& relativatur contra Dei reverentiam: ita colligitur ex*  
*Cultu Pat. tom. 3. dist. 2. de tem. & p. 2. §. 2. num. 3. licet*  
*denique contrarium lentius num. 6.*

4 Denique, alia est in Deum, alia in Sanctos, alia  
in ceteras creaturas, siue rationales, siue irracionales  
advertingut sit blaphemia, illa, quæ iacitur in San-  
ctos, vel ceteras creaturas, debere semper redundare in  
Deum: quia enim uid dicat, vel impecceetur malum tem-  
perat, seu veniat, certè, si præsidat ab eo, quod ha-  
beretur aut Deum tanquam ad Creatorem ipsorum  
tanquam, non Deo, sed ipsi creaturis faciet, ut nox cla-  
uius explicabitur.

s. Atque hinc vides, cur torquere convitium in Sanctis, semper sit blasphemia, non autem semper in aliis creaturas: quia nimirum Sancti semper referuntur, et apprehenduntur referri ad Deum, sive ut ipsos glorificentem, sive ut ipsum amicum: non semper creaturam. Nam propterea qui maledicti patri, v.g. impium quidem erit contra reverentiam debitam patri ex quo precepto, & aliquando contra Charitatem ejusdem

si ex animo aliquod malum ei desideraret, ut mox explicatiùs dicam: at non, erit irreligiòsus in Deum contra præceptum hoc, de quo agimus.

De iure blasphemia quaecunque joco prolata regulariter est mortalis, ex Sanchez lib. 2. cap. 32. n. 41. Castro Palmar. 17. d. 2. p. 2. §. 2. quia adhuc f. prolata venit in diminutionem Divini honoris. Dixi (regulariter) nam si talis esset jocus; et omnibus expensis nulla diminutio Dei honoris appareret, quod raro esse posse mihi videntur certe mortalis blasphemia non esset, quia blasphemia verè non esset, quippe cui deesset blasphemiae essentia, et hoc rarissimo casu intelligi debet Valentia 2. 2. d. 3. q. 1. §. 13. cum docet blasphemiam joco prolatam non esse blasphemiam.

*Blasphemia denuntianda.*

6. Quatuor hic nota. Primò, blasphemias hereticas esse Inquisitoribus, ut modò innui, ab audientibus denunciandas, juxta regulas denuntiationis, de quibus alibi: ita Sanch. *loc. cit.* m. 37. simplices vetò Judici Ecclesiastici vel seculari, nam ita precipiunt decreta Julij Terrij, & Pij Primi, quæ tamen decreta, quoad simplices blasphemias, propter defectum nemine obligare nequaquam videntur. Vide Castro *Pal. cit.* §. 4. m. 3.

*Correctio Blasphemie.*

7. Secundo, nota audientem blasphemiam non teneri blasphemantem increpare, nisi periclitetur honor Dei, qui raro nunc inter Fideles periclitaturita Sanch. *ibid.* n. 46. Immo increpare blasphemantem non expedit, cum fervet ira, quia is irriteretur magis: Correctio igitur fraterna debito loco, & tempore relevetur.

*Modus confitendi Blasphemias.*

8. *tertio pro praxi Confessariorum, quoad blasphemias, à nobis dicta in nostro opus. de confess. lib. 2. cap. 2. §. 1. recolatur, ubi resolvimus omnes blasphemias esse ejusdem rationis, sive in Deum, sive in Beatam Virginem, sive in Sanctos, &c. Addo nunc varias blasphemias in Deum, variâque in Sanctos, &c. non differre specie. Unde satis est in confessione dicere, totius blasphemavi. Ratio est, quia omnes specificantur à contumelia, quæ Deo infertur. Excipe blasphemiam hæreticalem, illa enim superaddit, ut modò dixi, peccatum infidelitatis, si adegit error intellectus, vel peccatum contra præceptum de externa confessione Fidei, si solum ea fuerit verbalis, &c.*

*Discrimen inter blasphemiam, & maledictionem.*

9. Quartò, quia sæpissimè indignatio blasphemantis est solum contra homines, ideo mihi placet regula Lay-  
lib. 4. r. 6. n. 12. quæ est hujusmodi: Si ponens neget  
aliquam indignationis suæ, erga Deum directè se extendisse,  
sed solum adversus hominem, vel jumentum, cui iratus fue-  
rit, tunc Confessarius attendat ad verba, quibus homo ius-  
fuit: enim secundum se divini honoris diminutionem nullam  
exprimunt, non censenda est blasphemia, neque mortalis pec-  
catum; si autem verba tali, aut tali modo prolata sint, ut  
contumeliam Dei, aut Sacramentorum significent, videbitur  
per mille Sacramenta, per septem Sacramenta, perdat se De-  
Christina, censeri debent blasphemia, dummodo homo attende-  
rit ad vilipensionem Dei, aut rei sacra, quæ talibus verbis  
exprimunt, sæpe autem ejusmodi verba blasphemia profere-  
re inadvertenter, ac materialiter tantum, non attendentes,  
quid significant, tum verò excusantur à graviore peccati  
propter imperfectionem cognitionis ac voluntarij, modo in-  
terim conentur perscrutari ejusmodi consuetudinem deponere.  
Hæc Layman.

10. Ubi nota, si blasphemiam sit sine relatione ad Deum, solum contra creaturas rationales, vel irrationales contorqueatur, proprie vocari maledictionem; & ut dictum est, communiter esse culpam venialem, quia



quia tamen potest aliquando esse mortalis, idque contra charitatem, idem clarius hoc tribus dictis sic explico.

11. Dico enim primò, quando maledicuntur diaboli, raro esse peccatum mortale, quia semper solet maledici, ut author malorum, & ut Dei inimicus, quo pacto, abstrahendo ab impatientie impetu, ne veniale quidem est.

12. Dico secundò, quando maledicuntur homines & optantur eis mala, ut: *Possit crepare, occidi, &c.* communiter esse veniale; quia nec maledicuntur ut aliquid Dei, neque desideratur deliberatè, ut illis eveniat illud malum; si tamen deliberatè desideraretur, esset peccatum odij contra charitatem proximi, grave vel leve juxta gravitatem vel levitatem mali. Audi quid Escobar in *summa*, tr. 1. exam. 3. c. 6. n. 26. in hanc rem asserat: *Assueti interdum in amicos indignari, ut filios, famulos, vicinos: interdum in inimicos. Cum ex inimicitie affectu maledicta produnt, plerumque cum plena intentione feruntur: cum autem in amicos variisimè ex intentione exoriantur, sed solum ex perturbatione, ebrietate, &c. unde lethalia peccata non erunt, si interrogaris mox post prolationem maledicti, num intendas filios, aut famulum a diabolo arripere? Respondebis: minime plane. Fateor quosdam tam immoderata passione perturbari solere, ut etiam illo instauri, vel filios intendant depravare: id quod prudentia Confessorij diligenti examine relinquo.*

13. Dico tertio. Si maledicuntur animalia, arbores, &c. si hæc res sint proximi, & ex odio ipsius hoc dicatur, & cum animo, ut verè pereant illæ res, est similiter peccatum odij contra proximum: id quod tamen raro solet communiter evenire, & solum in casu, quo, ut offendas Dominum, ejus rebus malum deprecaris. Quod si res illæ nostræ sint, tamen si ex animo desideraretur ut eveniat eis malum, solum erit veniale, quia odium est circa res nostri domini.

14. Dico quartò: Quando maledicuntur dies, hoc locus, ventus, ignis, pluvia, esset mortale, si maledicerentur; quatenus illis Deus, ut mediis utitur ad nos puniendos, vel periculum sit, ne indignatio sit contra Deum: at quando neutrum ex his adest, non est mortale, quia indignatio non est contra Deum. Quod si redundet in parentes, ut quando dicitur: *Maledicta hora, quæ mei parentes me ediderunt*, esset contra pietatem, seu observantiam, graviter, si desideraretur illis malum, vel notabiliter pietas erga parentes læderetur; leviter si neutrum.

Jam verò quoniam aliqua verba sunt certò blasphemalia, certò non sunt, alia denique sunt dubia: de singulis classibus aliquot exempla, ad claritatem, more nostro, sectandam, subjiciamus.

#### Verba certò blasphemia.

15. *Abnego Deum, vel Crucem, vel Sacramenta, vel Christum, quod fronte percepi: Non credo in Deum: Malgrado habbia Dio, id est malum Deo contingit: A dispetto di Dio: Non est potestas in Deo: Deum taceat, vel dissimulet: Velit nolit Deus: Peniteat Deum, vel Sanctum Petrum: Pereat Deus: Amittant Sancti vitam.* Doct. citati, aliique sparsim.

Maledicta omnia in Deum, vel Sanctos, immodè & in creaturas quascunque si ad Deum referuntur modo dicto num. 4.

Vituperia in Deum, Sanctos, res sacras: huc saltem reducuntur illa, *Abnego Sanctum Petrum, Sanctum Paulum, Apostolos, &c. similia.*

Laudare Deum obsecrans verbis, quia id spernere potius est in actu exercitio, & irridere, quam laudare.

Jurare per pudenda Christi, Dicere meretricem Virginem, vel ad injuriam Virginis. Intelligitur enim ex communi loquendi usu de Sanctissima Deipara.

Jurare serio per falsos deos verè, falsò, vel jurare per creaturam sistendo in ea tanquam in infallibili veritate: quod posterius vix inter Fideles usu venire solet.

Denique dicere demonem, sanctum, vel omnipotentem, ex Joseph. Aug. in *brevis notitia*, 1. *præcep. Dec.* n. 14. vel puellam amantem: propriè subire nomen Deitatis, ex Thom. Sanch. cit. 34. Apertè enim hæc sunt blasphemiz, quia sit commune creaturis, quod proprium est Dei. Dixi loquendo de amasia (propriè) nam si non ex animo significandi, quod verba sonant, sed per hyperbolem sic quis loquatur, perperam quidem loquatur, verum ex probabili tandem sententia, non peccabit ex hoc blasphemiz capite, mortaliter: Ita Lorca apud Dianam p. 5. *resol. 3. sine.*

#### Verba certò, vel satis probabiliter non blasphemia.

16. Qui dicit: *Volo hoc facere, quamvis grave peccatum, Dei offensam sit*, licet graviter peccet, non blasphematur, quia nihil in Dei contumeliam expresse id faciat, nihil addit, vel auferat Deo. Ita Bonac. loc. cit. p. 2. n. 9.

Maledicere vento, tempestati, pluviz, bestiis, &c. non est blasphemia modo explicato num. 13. maledicens homini, nec, si animo malum illi exoptes, pecces contra charitatem, ut ibidem, n. 12. vidimus; non tamen blasphemus, quia communiter ea maledictoria ad Deum non referuntur.

Hoc verum est, sicut Evangelium, vel sicut Deus verus est, non est blasphemia. Ita Azor. Medin. Bonac. num. 13. contra Sorum, & Sorum apud eundem Bon. quia communiter non equiparatur veritas creata cum increata, sed solum indicatur similitudo quædam, quoad conformitatem cum objecto.

Juramentum per intemeratam Virginem non est blasphemia, ita Sanch. loc. cit. n. 32. contra Sorum & alios, quia nec est execratorium, nec significatur pudenda Virginis, sed solum adducitur in testem Virginitas Deiparæ, seu Deiparæ ut Virgo.

Juramentum falsum non eo ipso, quod est falsum, seu perjurium est blasphemia. Thom. 2. 2. q. 13. art. 3. ad 2. Quamvis enim pejerans falsò adducat Deum ut testem, unde & peccet, non tamen blasphemus est, qui nihil demit, additve Deo in ejus convitium. Nec sic jurans petit (sicuti putat Castro Palas t. 3. disp. 2. de tem. &c. p. 2. §. 3. n. 9.) ut Deus firmet falsitatem, sed solum cum temeritate profert enuntiative illud falsum à Deo confirmari, non autem optative.

Dicere in eventibus: *Sic tandem fato futurum erat*, non est blasphemare, sic Sanch. loc. cit. num. 35. quia per hæc verba non affirmatur fato Gentilium regi universa; si id enim intenderetur affirmari; sanè hæreticalis esset blasphemia; sed significatur necessitas consequens ejus eventus à Deo prævidi. Dicere: *O Fides Dei! O Sanctus Deus! O Virgo sanctissima!* cum tali homine, non est blasphemia, quia indignatio solum fertur contra hominem, non contra Deum nihil.

17. Verba contra Deum in ebrietate, vel phrænesi, vel ex inadvertentia orta ex inveterata consuetudine, blasphemiz nequaquam sunt; Malitia enim blasphemiz, sicut & perjurij, atque hæresis requirit procedere ab homine, qui actu ratione utatur, neque enim quis contumelia rationabiliter afficitur ex convitio dicto à Psytacota Valsq. Turrian. apud Layman. lib. 4. tr. 10. c. 6. n. 2. & 3. aliique. Vide quæ dixi in *nostro opusculo, methodi Confess. lib. 2. cap. 3. §. 3. n. 25.*

Asserre verba aliqua Scripturæ sacræ ad confirmandam faciem, si non ex contemptu, nec tam sæpè fiat, ut contemptum sapiat, vel non est blasphemia, sed venialis quædam irreverentia, ex Villalob. apud Dian. p. 5. tr. 5. resol. 3. vel si admittit parvitatem materiæ in blasphemia, erit hæc materia levis: sic idem ibi.

#### Verba dubiè blasphemia.

18. Multas esse blasphemias solum ex prava intentione dicentis, modò dictum est. Hæc ergo dubiæ, & incertæ vocari possunt, & ex dicta intentione, æquales tandem sunt,



colligendum. Sed nos hic aliud querimus, An scilicet aliqua externa verba, quæ non clare, sed dubie ex se videntur continere Dei contumeliam, sint censenda ceteri ceteri.

19. Placet autem mihi illa regula: Quoties aliqua verba possunt accipi pro blasphemia, & pro non blasphemia, debere pro non blasphemia accipi. Ita Lazarus, quos citat, sequiturque Bonac. loc. cit. p. 2. n. 12. & colligitur ex Castro Pal. tom. 3. disp. 2. de sent. Dei, &c. n. 6. Ratio est, quia verba in dubio, nunquam sunt accipienda, nisi foris delictum, nunquam enim presumitur delictum, nisi de ipso clare constet. Hoc igitur posito:

20. Dubitatur primò de illis verbis: *Renego talem*, *Renego al tal*, vel *Santo de tal*, &c.

Respondetur, si per illud (talem) intelligis, vel indies Deum, quis dubitet esse blasphemiam? at puro nisi significanter Deum, vel Sanctos notes, te non incidere in blasphemiam. Ratio est, quia ex praxi communi videtur, idcirco Fideles dicere: *Renego talem*, & non *renego Deum*, quia effugere volunt se contumeliosè cum Deo agere. Sane usus vilionum percrebuit in Sicilia, ut in gravibus indignationibus demonem vocent sanctum, quàm esse aperte blasphemiam modò diximus: Sunt autem aliqui melioris conscientie, qui sic proferunt: *Santo Dia*, seu *Santo Diamani*, aliundeque se ideo sic dicere, quasi se cohibentes, ne diabolum sanctum vocent: hos ergo non peccare peccato blasphemie (abstrahendo à conscientia aliquorum erronea) ego, & aliquot docti à me consulti judicavimus. Pari modo qui in Italia dicunt: *Al dispetto di Di*, vel *rinego Di*, non blasphemant, quando ex modo proferendi videtur se, velle cohibere à nominando Deo, quem abnegare, vel despiciere noluunt: adde regulam dictam num. 19. si tamen signatè intelligant Deum, tunc non est dubium blasphemiam committere: neque de hoc solum casu loquitur Bonacina circa 1. dec. per disp. 3. quest. 8. p. 2. num. 13. dum ait: *Al dispetto di Di*, est mortalem blasphemiam, quia ipse scripsit in eo locutioni per proprium idioma verba communiter dimidiata proferuntur, & ubi per illud, *Di*, verè intelligitur Dio, id est, Deus.

21. Dubitatur secundò de his: *Al dispetto di quel becco che mi sostiene al mondo*: *Poter di Dio*: *Puo far Dio*: *Al dispetto di Dio*. Respondetur, præcisè contumeliosa proferentis intentione, has non esse blasphemias: nam prima potest non minus in homines cadere, quàm in Deum, cum etiam homines hominem sustentent præbendo alimenta: sic Bonac. n. 12. Secunda non negat Dei potentiam, nec illam convitiatur, vel irriset, sed solum evanescit: sic idem n. 8. Tertia potius facit, ut homines esse eoram Deo, quod verum est, quàm proferat contumeliam: sic idem n. 9. Recole regulam n. 19. dictam: Quod si quis idcirco hoc ultimum proferat, ut ostendat se veritatem dicere ad eum modum, quo veritas dici coram Deo debet, juramentum erit, non blasphemiam.

22. Dubitatur tertio de verbis blasphemie sub conditione, in hunc modum, dictis: *Non credo Deum*, seu *Amago Deum*, si ita res non est: *Deus est injustus*, si te non persequitur. Respondetur, mihi, & Salazitio apud Sanchez non cit. videri hæc non esse blasphemias, licet videantur Thomæ Sanchez loc. cit. n. 24. & Castro Palao loc. cit. f. 4. n. 3. Ratio nostra est, quia non est sensus, ut Thomas patet, quasi fides mea, vel justitia Dei dicatur dependere à veritate rei create, vel à futuro eventu; quo pacto certè esset blasphemiam: Sed sensus communiter est in hunc modum: Sicut est mihi certum (ex Dei gratia) me non recessurum à fide, ita certum est quod assero, & sicuti certum est Deum non esse injustum, ita certum habeo, à me te fore percutiendum, ita, inquam, per similitudinem modò num. 16. dictam, non per equiparationem. Neque per ejusmodi verba me offero, ut si res ita non sit, Deum renegem, ut putat Castro Palao: absit, nam ex dictis, sic colligo sensum horum verborum: Ab-

nego fidem, si res ita non est, sed est impossibile (ut ego judico) cum gratia Dei, quod fidem abnegem, ergo impossibile est, quod res ita non sit. Eam igitur certitudinem huic rei dare, sed per similitudinem pronuntio: quàm certitudinem profiteor habere constanti in mea fide.

23. Dubitatur quartò, de juramento per Dei, vel Sanctorum vitam. Respondetur mihi videri cum Deciano allato à Castro Pal. loc. cit. n. 6. quod & eidem Castro Pal. Azor. aliisque ab ipso cit. non importare blasphemiam. Ratio est, quia non est, saltem cerò, sensus, quod amittat Deus, vel Sancti vitam, si ita non est. Quo pacto esset sine dubio blasphemiam, si quidem enuntiarentur Deus, vel Sancti quasi subjecti amissioni vitæ. Sed sensus est similis illi legitimo juramento, *Vivit Deus*, id est, sicut Deus vitam habet, sic (per similitudinem, quam toties diximus) verum est, quod dico. Confirmo: nam qui jurat, per vitam patris se aliquid facturum, hunc sensum facit, sicut meus Pater vivit, illumque vivere firmiter volo, ita firmiter hoc, quod promitto facere intendo.

24. Confirmo secundò. Quod per vitam Dei, vel sui Patris jurat, si interrogetur, an injuriam illis facere velit, pernegabit, quia tota sua intentio est ostendere firmitatem sui dicti, vel promissionis, & nil præterea. Confirmo tertio. Ille qui sic dixit. *Encid. 9. Per caput hoc juro*, per quod Pater antè solebat, explicuit Patrem jurasse solum per caput, seu per vitam Filij, ostendens amorem, quo Pater filium prosequabatur, illum enim, per quem juramus, amamus & reveremur: in tali igitur modo jurandi ne implicite quidem contumelia includitur: pari igitur modo in juramento per Dei, vel Sanctorum vitam.

Quartò, certum est illud juramentum, quo dicitur Deus Gen. 22. *Per meipsum jurovi*, esse venerandum, nec solum licitum: in ergo, etiam potuisset Deus jurare per vitam suam, cum æquivalet illi: cur ergo homo non possit jurare per semetipsum, & per vitam suam, & consequenter per vitam sui Patris; & præterea, cur illud juramentum, quo utitur Deus, non possit cum reverentia imitari creatura, dicens, per vitam Dei: Dic, amice Lector, nonne idem est per Deum jurare, quod est per omnes licitum, ac jurare per vitam Dei? nil enim aliud est vita Dei, nisi Deus ipse: si ergo licitum est juramentum, blasphemiam nequaquam erit.

25. Dubitatur quintò, an nominare, seu jurare per membra honesta Christi Domini, vel Sanctorum, ut per, capillos, per caput, per oculos Sanctorum, vel Dei, id est, Christi, sit blasphemiam? Respondetur cum Sanchez, 25. loc. cit. num. 29. non esse, quia ea membra nominando nihil additur Deo, vel Sanctis, nihil tollitur; nec ea nominare in ullam vergit Dei contumeliam: si tamen irrisorie, vel contumeliosè nomines, blasphemabis, ut ex se patet, & meritò id solum reprehendunt sacri Canones c. si quis 22. q. 2. n. 1. Authentica, *Vi non luxuriantes homines*, coll. 6.

Hinc non est blasphemiam, dicere ex indignatione contra hominem, vel jumenta: *Corpus di Dio, con voi*. *Al Sangue di Dio*: *Sacramenta Dei*, & *vulnera Dei*: ita idem Sanchez n. 30. quia tota indignatio est contra eas creaturas. ut supponimus, & ex alia parte, nonne Dei, Christum, qui Corpus habet, & Sanguinem intelligere semper Christiani, nisi expressè Deum notare velint, præsumunt. Quamvis ergo prædicta verba in ea indignatione effundere sit peccatum irreligiositatis contra secundum præceptum: *Non usurpabis nomen Dei frustra*, unde rectè abstinere ab hujusmodi loquutionibus debent fideles, tamen non nisi tunc peccati venialiter docet meritò Layman. lib. 4. tr. 10. cap. 6. n. 8. citans Caiet. Arm. Sanch. Valent. Suarium, cum indignatio tota feratur, ut dicebamus, contra creaturas. Si autem ex ira, & passione in Deum talia verba proferres, esset blasphemiam, quia in actu exercito significaretur, Deum indignationem mereri, & cerè summa esset blasphemiam, adversus Deum irasci, ex Castro Pal. loc. cit. n. 7.



De poenis blasphemorum, & deinde eorundem  
absolutione.

26. Nullæ poenæ sunt in jure contra meros blasphemos latæ; Ferendæ autem à Judice, quænam sint, pertinet ad forum externum examinare, id quod satis elucidat facit Castro Pal. tom. 3. disp. 2. de iur. p. 2. §. 5.

27. Absolutio blasphemiarum hæreticalis cum errore intellectus petenda est ab eo, qui hæresim absolvere potest, de qua re nos *suprà*, cap. 1. §. 2. satis disputavimus.

At blasphemiarum quæcunque quamvis atrocissimæ, sed non continentes hæresim formaliter, hoc est, quamvis contineant verba hæreticalia, non tamen cum errore mentis interno affectu, possunt absolvi in foro conscientie à quocunque Confessario ordinario, nisi in ea Diocesi sint signatè reservatæ. Ratio hujus Doctrinæ est ea, quam diximus *de Maleficij absolutione tractavimus*, *suprà*, c. 6. §. 2. n. 1. & nam propterea hic repetenda nequaquam est, legè ita Dianam *part. 1. tract. 5. ref. 7.* & rursus *p. 3. tract. 4. ref. 143.* & *p. 4. tract. 4. ref. 240.* Ego enim quiescere tantisper appeto.

## FINIS LIBRI SECUNDI.

*Laus Deo, Beatissimæ Virgini, ac Beato Aloysio.*

# LIBER TERTIUS.

## DE SECUNDO DECALOGI PRÆCEPTO.

Non assumes Nomen Dei tui in vanum.



**P**ECULIARIS, & germana tractatio secundi Præcepti est ea, quæ actus bonos, vel pravos circa honorem Deo debitam suscipit explicandos. Ideo enim iubetur Dei nomen non esse in vanum assumendum, ne is congruâ reverentiâ defraudet. Quoniam verò propter connexionem materiarum, pleraque de eadem in primo præcepto sunt disputata, superest hic, solum de Juramento, Adjurationeque Juramento affini, ac de Voro differere; iis enim, si ritè ea nuncupentur, observenturque, honore Deus afficitur; secus, contrà.

### CAPUT PRIMUM.

#### De Juramento in communi.

##### §. I. Quid sit Juramentum.

1. **I**NSIT invocatio divini testimonij ad faciendam fidem; ita S. Thom. 2. 2. q. 89. art. 1. Aliquando autem explicite affertur Deus in testem, ut quando juratur per ipsum Creatorem: aliquando verò solum tacite, ut quando juratur per creaturam, referendo ad Deum, modo explicando *infra*, §. 3. & utroque modo petende est juramentum, quia in utroque Divinum testimonium invocatur.

2. Potest item hujusmodi Dei invocatio exhiberi verbo, ut tu, facto, mente. Verbo, ut si ore proferas, dicat, *v. g. iuro per Deum hoc ita esse, hoc me facturum.* Noto, ut si tibi dicatur: *Iures per Deum*, tu verò oculis vel capite annuas, facto, ut si cui offeratur juramentum cum Libro Evangeliorum, ipse verò illum tangat, eo enim ipso, etiam si nihil proferat, jurare censetur. Idem evenit si se scribat scriptoræ iurandi formam continenti; propria enim subscriptio, ipsissimum est juramentum.

Mente denique, ut si quis intra animum suum juret. Quare si quis se aliquid facturum mente sic spondeat, obligabitur in foro conscientie, ex virtute Religionis, quia jam invocatur Deus in suæ sponsonis confirmationem: licet, ut in foro externo constet, (utque item constet alteri parti acceptanti, unde irrevocabilis ex vi iustitiae promissio fiat) necessarium sit aliquod ex tribus dictis externis signis.

3. Rursus aliquando verus Deus invocatur, aliquando à Gentilibus, falsus; & hoc posterius verum juramentum non est, quia divinum testimonium nequaquam invocatur. Unde sequitur promittentem quid sub juramento Dei falsi, solum tenet ex conscientia erronea, quia putat se verè jurasse; at si errorem deponeret, adverteret quod se Deum verum in testem non adduxisset, minime tenetur ex vi juramenti, sed solum ex vi promissionis, seu fidei humanæ.

Quod peccatum sit cooperari cum juraturo per falsos deos, dicam mox §. 4. n. 7. & per occasionem innui *suprà*, *de maleficio lib. 2. c. 2. §. 2. n. 7.*

4. Quid si quis juraret per hæc Evangelia, & deinde adverteret illum non fuisse Librum Evangeliorum, sed profanum, sed papyraceum, sed ligneum, ad libri formam edolatum? Respondeo hunc verum nuncupasse juramentum, si quidem error fuit materialis, dum interim ipse intenderet per verè Evangelia jurare. Non sic fuit modò in Ethnico, qui ita juravit per Jovem, ut per verum Deum, quem ipse non cognoscit, jurare nullatenus intenderit; si enim intendisset, ac sub Jovis nomine verum Deum, licet imprudenter, invocare voluisset, certè verum emisisset juramentum, eique omnino stare, etiam errore deposito, debet.

5. Sed hinc oritur quæstio frequentissima praxis. Jurat quis per fidem suam, in veritate, certò, profecto, &c. ex prædicta conscientia erronea putans se verè jurare, obligatur ad rem tali juramento promissam, si doctior factus resciat illud, quia Deum non invocavit, nequaquam fuisse juramentum.

Respondeo, hæc in re certum est primò, si is scivit in illis verbis non invocari Deum, sed solum propriam fidem